

05

A

2223





oo
7

xxiv.

Vol. 42. S. 18.

1497

Q. D. B. V.

EXECUTORES TESTAMENTI,

EX INDULGENTIA

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS,
PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, AC CON-
SULTISSIMO,

DN. FRANC. HENRICO HÖLTICH,
JUR. DOCT. ET IN CONSISTORIO ECCLESIA-
STICO ADVOCATO ORDINARIO,

Fautore, studiorumq; suorum Promotore Optimo,
publicæ discussioni sistit
AUTOR ET RESP.

GOTHOFREDUS HORNIGI
BRIGA SILESIUS,

IN AUDITORIO ICTORUM,
AD D. XX. MAJI, A. C. M DC LXXIV.



WITTEBERGÆ,
EXCUDEBAT JOHANNES WILCKIUS,

29



EXECCUTORES

TESTAMENTI

MAGNIFICENTISSIMO ORDINE

PRÆSIDENTE

MIRRO VORWILLENIGEN AC COX



DAVIDAUSCHEN HOFMEISTER

JUR. DOCT. ET P. HISTORIO ECCLESIA

05 A 2223

GOTTHOFER BÜCHER KUNST

AD D. XX. M. A. G. M. D. LXXV.

VERLAGSSTELLE

ERHARDT JOHANNES WILCKES

55



POSITIO

I.

Testamentum est iuxta voluntatis nostræ sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit *l. 1. Qui Testam. fac. poss.* Quam definitionem laudant Claudius Cantiuncula in suâ paraphrasi *ad Tit. de Testam. ordin. pr. p. 194. Cypr. Regnerus Diss. 8. ad Instit. tb. 2.* Sed in eo lapsus Cantiuncula quod Ulpiano tradat, cum sit Modestini. Aliam enim Ulpianus in *fragm. Tit. 20.* posuit, quam expressiorem dicit Arnold. Vinn. *ad pr. de Testam. Ord. n. 2.* ubi ipse perfectissimam vult substituere, quam vid. fol. 271. Hermann. Vultejus relicto Modestino subjungit: Ulpiano magis logicè hæredis institutio in *L. 9. §. 1. de Testam. milit.* Mihi ultima voluntas directam hæredis institutionem ex naturâ suâ continens. Nostram satis eleganter explicârunt Sebast. Medices in *Tr. Definit. Def. 76. per. tot. Johann. Dauth. ad Rubr. hic num. 10. seqq. fol. 15.*

II.

Componitur Testamentum, sicut & negotia pleraq; alia humana atq; Civiles actus ex Substantialibus, Naturalibus & Accidentibus suis Bolognetus *ad Rubr. de Lib. & Posth. n. 2. seqq. Joh. Dauth. d. l. n. 7. & n. 125, 126. fol. 121.* Audiamus Dn. Struv. *Synt. J. F. c. 2. sub Aphor. 4.* Quicquid de re etiam incorporali prædicatur, necesse est, sit vel ejus Genus & Differentia: vel Proprium, vel Accidens. Genus & Differentia constituunt essentiam, Proprium necessariò consequitur essentiam. Atq; hæc duo Jctis vocantur Substantialia. Philosophis Essentialia constitutiva & consecutiva. Accidens autem neq; Definitio est, neq; Proprium, neq; Genus: Quod potest tamen cade-

re in rem unam aliquam & in eandem non cadere. Quemadmodum Accidentalibus dupliciter insunt in actibus legalibus. Quædam ex Essentiâ quodammodo fluere videntur, ita ut secundum legum dispositionem, licet non exprimantur, tamen insint; aliter tamen de iis, salvâ essentiâ possit conveniri: Et hæc vocantur Naturalia; Quædam vero planè non fluunt ex Essentiâ, sed per pacta contra vel præter ea, quæ regulariter insunt, adjiciuntur, & in specie dicuntur Accidentalibus. Hæc ille fol. 59.

III.

Illa ponunt in lege necessariâ Testamentorum (1) à causâ efficiente, ut Testator habeat & facultatem & voluntatem Testamenti faciendi (2) materialia objectiva super re universitatis (3) Subjectiva in hæredis institutione (4) à causâ solennitatis variâ §. 3. & ult. de Testam. Ord. (5) à causâ finali & aliunde ut possis videre ap. Joh. Dauth. d. l. fol. 331. Ista resultant in eo, quod hæres repræsentat personam Defuncti, tum in Jure accrescendi, transmissionis, deductionis, tum in effectibus omnibus & singulis per Jura agendi omnia testamentaria, jd. fol. 334. Ad hæc referri possunt Legata, Tutelæ dationes, Clausula Codicillaris, usus fr. in Testamento relictus, Conditiones adjunctæ, Sepulturæ electio, Præcepta & ordinationes aliæ Testatorum, quæ salvâ Testamenti substantiâ adesse & abesse possunt, Dauth. d. l. fol. 335.

IV.

Et notoriè huc pertinet Constitutio Executorum. Qui non adscripti, non involvunt in Testamento naturaliter, neq; omitti vitiant: Cùm Executore non ordinato hæredi competat Executio & eo cessante aliis uti sequitur, Dauth. d. l. Klok. vol. 3. Consil. 123. n. 44. seqq. Philipp. Cornæus Conf. 76. n. 12. lib. IV. add. Mœvium ad Jus Lubec. Lib. 2. Part. 7. Inde factum videmus, (verba sunt Oldendorp. de Execut. ult. volunt. in Prefat.) quod de tali Executione nullus extet Titulus in Pandectis, aut etiam in jure Pontificio: Sed apud Jctos primùm, deinde apud Rom. Pontifices uno aut altero loco facta est mentio, quare posterioris Seculi commentatores occasionem nacti planè liberam, ceperunt variis modis de Executoribus disputare, & (ut Solent) extra forum diversa Scribere.

V. Pos-

V.

Possis hoc cognoscere *ex p̄fat.* Joh. Jac. à *Canibus super Tr. suo de Execut. ult. volunt.* Ubi Johann. Blanchum circa annum 1263. Libellum de his scripsisse dicit Postea Jac de are. Compendium Fidei commissarium: Tractatus vero Ubertum de Bobio, Ros. & Odo. Jac. Balduinum, Nicolaum matarelli Mutinensem fecisse, quos Speculator & Johann. Andreae in suis addi. tam Legistae in sedibus suis circa *l. 24. & 28. tum L. 49. C. de Episc. & Cler.* Praeterea alii in *L. cum quidam 24. de Legat. 2. & Canonista in c. nos quidem c. tua nos & c. Johannes de Testam. c. fin. eod. in 6. tum in Clement. c. ult.* multo agmine secuti sunt, tanquam in sedibus quas ponere tum moris erat Dd. Et cumularunt plures Pyrrhus Englebermaeus super *Consuetud. Aurel. de Testam. c. V. fol. 83.* Alvarus Valascus *Tom. I. Consult 68. n. 9. pag. 376.* & Sisset copiam aliqualem Tractatio subsequens. Non enim celandi erant quorum opera profecimus & putavimus praeterea indignum Doctrinam Practicam tradere sine autoritatibus Dd.

VI.

Et jam moribus nostris (ut eò revertar) nullum ferè Testamentum fit, in quo non aliqui constituentur Executores (ab exequendo,) ut jussa Testatoris ad Effectum perducant *arg. L. 8. C. de Execuf. rei judic.* unus pluresve pro arbitrio Testatoris, quibus ea cura à Testatore demandatur, ut omnia quae disposuit impleantur. *Besold. Thes. Pract. in voc. Executores der Testamenten sub Lit. E. n. 66.* post Rittersh. *in Novell. p. 333. add. Petr. Gudelin. de Jur. Noviss. Lib. 2. c. 9. in fin.* Et his solent adjungi Consultores ad exequendum, quorum arbitrio collata sit potestas Executorum *secundum Bald. in auth. Ingressi II. Col. de SS. Ecclesiis.*

VII.

Post amplianda sunt Genera Executorum in *C. I. A. lib. V. Tit. 1. ib. 112.* & post Executores sententiae, tum litiùm sive Apparitores ponendi etiam hi nostri qui ultimas voluntates exequuntur Joh. Petr. de Ferrariis in Praxi Aur. sub formâ libelli quo agitur ad rationem reddendam Tutelae *Tit. 35. GL. 6. n. 2.* nimis angustè Petr. de Unzola: Quorum fidei Testator in suâ ultimâ voluntate commisit Legatum animæ vel aliquid de bonis suis in piam vel certam causam expendere; Cum possint ad omnem causam post mortem dari.

IIIX.

Vocantur Gardiatores, Distributores, Dispensatores apud Specul. & Bertachinum in Repertorio fol. 377. aliquando Ministri l. 17. de Legat. 2. aut Procuratores L. 12. §. fin. ff. Mandati: item Fidei commissarii, eò quod Executio relictorum illorum Fidei commissio relicta erat, Petrus de Unzolâ in addit. ad summam Rulandin. c. 1. Rubr. Venditio facta à Commissario &c. fol. 22. frequenter etiam Testamentarii à potissimâ suâ Specie, sic apud Alvarum Valascum Tom. I. Consult. 68. n. 3. Testamenteiros audiunt. Sed adde de Utrisq; Oldendorp. Tit. I. n. 3. & 4.

IX.

Sunt autem Executorum nostrorum tres species. Alii Testamentarii qui per Testamentum ad hoc constituuntur l. 9. de alim. & cib. legat. L. nulli C. de Episc & Cler. Alii Legitimi quibus à J. Civ. vel Can. defertur potestas defendendæ seu exequendæ voluntatis defuncti ut puta Episcopus & quicumq; habent Episcopalem Jurisdictionem Covarruv. Tr. I. de Testam. ad c. Johannes n. 1. 2. hodièq; Diaconi sive Administratores reddituum Ecclesiasticorum Groenewegen ad L. 28. §. 1. C. de SS. Eccles. n. 1. 2. Tandem etiam Dativi constituuntur per Judicem aliquando, sed perrarò, dicit Ferrarius alleg. GL. 6. n. 2 per L. 3. §. fin. de alim. & cib. Legat.

X.

Legitimi autem tum saltem incipiunt Executores (1) Si Testator Executorem non nominaverit, latè Oldendorp. Tit. 2. n. 5. seqq. multis, in omnibus piis causis de Jure Civ. Petr. Gudelinus de Jure Noviss. Lib. 2. c. 9. in fin. Jure autem Canon. saltem in Legato pro redemptione Captivorum. Nam in cæteris, etiam iis quæ ob piam causam relinquuntur hæres exequitur nullo Executore à Testatore nominato c. nos quidem 3. X. de Testam. & ibi Covarruv. n. 11. Gvilielm. Durand. in Specul. lib. 2. Part. 2. de Instrum. edit. Rubr. de ultimarum voluntatum Executoribus n. 1. fol. m. 132. Nihilominus ut sic quoq; Episcopus hæres monere possit & compellere ut Executionis officium peragant per c. Si heredes 6. c. Tua, c. Johannes X. de Testam. per sententias Excommunicationis, vel suspensionis, vel interdicti, aut quam vel pænam aliam Judex arbitratus fuerit: e.g. captis pignoribus, Specul. d. l. n. 56. & seqq. Siquidem eandem facultatem etiam habent

habent Judices Civiles in Legatis piis *L. hereditas 50. ff. de Petit. hered. l. 18. §. 2. de Relig. & sumt. funer. Roman. in auth. Similiter C. ad L. Falcid. singulari 20. ultimarum voluntatum* Sichardus addit etiam de profanis in *Auth. hoc amplius C. de Fidei commissis n. 14.* Et sic omnes bonos Magistratus Legitimos Executores fecit Oldendorp. *Tit. 2. n. 1.* Quin imò etiam omnibus hominibus licitum est in jure petere, ut Legata pia in Executionem deducantur, Covarruv. *ad c. si heredes de Testam. n. 1. 2. Speculat. d. l. n. 65. fol. 103.*

XI.

(2) Si Testator dedit Executores qui officium nimium quantum negligant, tunc res redit ad legitimos Petr. Gudelinus *d. l. quos nec prohibere posset Testator Nov. 131. c. 11. vers. si quis autem. Ferrariens. d. l. n. 12.* puta si ultimæ voluntates non executentur à Testatore: aut si nulla fuit adscripta saltim non intra annum & diem ab aditâ hæreditate & habitâ scientiâ rei: Oldendorp. *Tit. 7. n. 9. & n. 1.* addit, à die monitionis per Magistratum Civilem vel Ecclesiasticum, conf. Joh. Jac. à Canibus *pag. 61. §. quæro tertio n. 4. & 17. p. 66.* Utiq; in his, quæ non sunt pietatis causâ relicta *l. nulli C. de Episc. & Cler. c. tua, c. Johannes. de Testam. Ferrariens. Tit. 35. GL. 6. n. 8.* in Legatis autem piis intra 6. menses à die insinuationis Testamenti Covarruv. *ad c. nos quidem n. 3. 9. 15.* Quæ fatalia monitis etiam de exeqvendo accelerantur ab Episcopo, ut si bis moniti non exeqvantur, potestate excidant, & transfertur ad Episcopum per *Nov. 131. c. 11. vers. si autem qui hoc facere jussi sunt &c.* Utiq; in piis causis Covarruv. *d. l. n. 8. & ad c. si heredes. in universum subdit n. 4.* posse Episcopum intra 5. menses aliudve tempus arbitrarium cogere hæredes & Executores Testamentarios ultimam voluntatem ad Executionem deducere per censuram Ecclesiasticam, aut per interdictam administrationem bonorum defuncti *fol. 37. add. Petr. Greg. Tholosan. Synt Jur. Univers. P. 3. L. 42. c. 36. n. 8. fol. 1027. Speculator. d. l.* Quod vix concesseris ex principiis Oldendorpianis *Tit. 2. n. 5. & seqq. tum Tit. 7. n. 6.* ubi eleganter de impedito notat quod ei tempus annale vel semestre non cedat, per *c. quid diversitatem de Concess. præbend. c. imputari 41. de R. J. in 6.*

XII.

Ex quo intelligas facile Testamentariorum primam esse rationem, ut sint meliores Dativis, quibus præferuntur æq; ac Legitimis.

Tusch.

Tusch. Concl. 537. n. 4. add. Posit. IX. sed occurrit nova inter illos differentia; Alii enim sunt nudi sive meri & simplices ministri, ubi loquuntur autoritate L. si quis Titio ff. de Legat. 2. qui nullum participant commodum ex Testamento aut secundum Baldum etiam si aliquod Leve saltem pro labore seu pro obsequio in L. nulli Col. 1. in f. C. de Episc. & Cler. Alii mixti sunt, qui sentiunt ex Testamento commodum & vel tacite vel expresse dicuntur Legatarii Angel. à Gambilionib. Tr. de Testam. vers. Executores a. fol. 283. p. 1. Dn. Brunnem. ad L. 9. de Alim. & Cibar. Legat. n. 4. Qui si intra annum moniti non exequentur amittunt jam omne lucrum ex hæreditate vel Testamento sibi competens d. N. 131. c. 11. & Auth. hoc amplius, C. de Fidei Commis. Covarruv. ad c. si hæredes n. 6. Sichardus ad d. Auth. n. 4. & vid. Limitationes sub n. 12. & seqq. Quod si autem quidam executi sunt, his totum Legatum contra negligentes in Executione accrescit l. 1. §. ubi a. C. de Caduc. tollendis Bertach. fol. 377.

XIII.

Est etiam alia Divisio Executorum in Universales sive Generales & Particulares. Hi ad Speciale negotium electi sive pium sive prophanium. Quamvis non raro etiam universa patrimonia possint inducere piam causam, institutis pauperibus, pro animâ &c. Illi vel maxime non institutis aliis hæredibus. Oldendorp. Tit. 3. n. 2. & 5. ad universam voluntatem defuncti tuendam relinquuntur Ferrariens. d. l. n. 7. Ad quos spectat illa vox communis Dd. si quando alius hæres non est, Executores Testamenti tenere locum hæredis juxta c. 13. X. de Testam. L. 49. C. de Episcopis & Cler. Bald. in L. id quod pauperibus C. eod. n. 19. Angel. de Testam. §. & si omnes ejus filii Masculi fol. 281. Surdus Tit. 8. de Alimentis Privileg. 32. num. 5. fol. 542. Pyrrhus Englebermæus ad Consuetud. Aurelian. Rubr. de Testam. c. 5. fol. 83. Oldendorp. Tit. 3. num. 2. potissimum in Testamento ad pias causas quod declarat Alvarus Valascus Tom. 1. Rer. judicat. in Lusitan. Consult. 68. qui in aliis valde Regulam miratur num. 2. seqq. Refert tamen pro eâ judicatum fuisse in Senatu num. 8. qui censuerit hujusmodi Executores universales ad omnia bona distribuenda nullo hærede instituto in Testamento, esse hæredes: sive sint instituti hæredes pauperes, sive non & ita sive ad pia, sive ad non pia, & hoc forsan favore Testamentorum ut sustineantur, quia expedit Reip. ea conservari. In
idem

idem tendit votum relatum apud Antonium de Gamma *Decis. Lusit. 196. n. 1.* cum temperamento *in fin. ibid. fol. 154.*

XIV.

Sunt præterea alii Perpetui, alii Temporarii, quod enim communiter dicitur officium Executionis per annum durare (*vid. Posit. XI.*) id recipit notoriam interpretationem, ut non cadat in Executores ad eligendum & declarandum, qui post annum possunt exequi. *Tuschus Concl. 531. n. 5.* neq; si sub conditione aut ex certo tempore constituentur. *id. d. l. n. 2.* Quin imò sufficit in universum inchoasse executionem intra annum, ut conditio executionis suspendatur ultra annum: e.g. si nupserit distribuo. *id. Concl. 532. n. 2.* Potest etiam fieri secundum naturam rerum, ut opus longiora tempora, ulterioremq; providentiam desideret. *Ferrar. d. l. n. 8. 13. & seqq.* ubi multa in hunc annum, de quo *Tusch. tot. Concl. 545. & 546.* amplissimis tractat. Alii item seculares & Ecclesiastici per tradenda circa subjectum. Et nota: Mixti esse hujusmodi Jurisdictionem fori, ut etiam Judex Civilis ad executionem causarum piarum possit impertiri officium suum, post Panormit. *Oldendorp. Tit. 7 n. 7. p. 92. add. Speculat. n. 80. Tusch. Concl. 529. n. 2. add. eund. in Conclus. 506. n. 9. seqq.* Occurrit nova divisio Executorum: ut alii sint honorarii, alii notitiæ voluntatis Testatoris causâ dati &c. Sed illa utilior est in multis passibus Juris, quod alii dentur ad eligendum, alii ad distribuendum, alii ad utrumq;. Ultimi & primi propter negligentiam exequendi intra annum privantur officio. Non medii, cum per eos possit non stare. *Tusch. Concl. 547. n. 8. 9.* Alii præterea ad solvendum debita, legata, & ad omne factum honestum & possibile.

XV.

Et hæc ferè sunt potiores divisiones. Sequuntur Executorum causæ. Et legitimos quidem tam LL faciunt quam Canones *Pos. IX. X. XI.* Dativi autem à Magistratibus dabuntur secundum Jurisdictionem suam *§. 4. & ibi Dd. Instit. de Attil. Tut.* In ultimis autem voluntatibus nominari possunt ab omni eo qui potest etiam facere Testamentum, aut aliàs de bonis suis mortis causâ disponere *apud. Argentoratenses t. t. qui Testam. facere poss.* quos non exscribo amore brevitatis.

B

XVI.

XVI.

Dari autem possunt tam Clerici quam Laici, imò etiam Religiosi *juxta c. Johannes & c. fin. de Testam. L. Nulli, C. de Episc. & Cler. L. omnes peregrini C. Communia de success.* sive ea causa sit pia, sive non, Pyrrhus Englebermæus *fol. 123.* Excipit tamen fratres minores regulæ Francisci, *Angel. in Voc. Executor d. l. n. 2. & sequitur Ferrar d. l. n. 3. adde Bertachin. fol. 377. in fin. Tusch. Concl. 498. n. 2. seqq. & Concl. totâ 538.* Præterea tam Masculi quam Fæminæ si boni intellectus *Angel. ibid. Ferrariens. n. 5. exemplo L. à filio pr. de Alim & cibis Legat. L. alio hærede eod. c. nos quidem de Testam. Oldendorp. t. t. 5. & consentit tandem J. J. à Canibus p. 1. n. 46.* Quod si vidua executrix ad secundas nuptias transit, coadjutores tunc accipit vel munus exequendi devolvitur ad Episcopum *Tholosan d. l. 42. c. ult. n. 10.*

XVII.

Ubi verò intellectus rei gerendæ deficit, ut in furioso, mente capto & similibus, hi non possunt ad negotia vel ad judicia Procuratores esse adeòq; propter identitatem rationis ab officio Executoriæ repelluntur *Id. ibid. n. 4. add. L. 9. §. 1. l. 49. de Recept. Arbitr.* Pariter nec minorem 25. annis admittere volunt *Dd. tum quod ipse alterius auxilio regatur: tum quod personam standi in judicio non habeat, quib9 tamen frequenter nostri intersunt arg. §. 13. de Excusat. §. 2. de Curator. L. Exigendi de Procurat. c. qui generaliter de Procur. in 6. & refert Speculator n. 75. Oldendorp. Tit. 4. n. 4.* Sed an Servus possit esse Executor? *vid. Negper L. quod attinet l. servitutem de R. J. l. 9. pr. de Recept. Arb.* nec exequendi autoritas competit in Servum *l. hæc verba de V. S. facit quod velle vel nolle non habeant arg. c. ult. de Testam. in 6.*

XIX.

Regulariter saltem volentes: Est enim officium Executorum voluntarium, ad quod nemo invitus compellitur *J. à Canibus p. 3. n. 13. 14. p. 75.* etiamsi ad pias causas *Johannes c. VII. de Testam.* ubi Panormitanus latè. Quamvis qui recusaverit amittat Legatum à Testatore relictum *arg. Nov. 131. c. 11. L. ult. de Confirm. Tut. L. post Legatum §. amittere de his quib. ut indigni Covarruv. ad c. X. de Testam. n. 3.* nisi esset conjunctus Testatoris, qualis in dubio

dubio ex hoc non amittit Legatum, *Roman. Singulari 646. fac. arg.*
L. Tutor §. quæ Tutorib. de Excusat. Tutor.

XIX.

Dixi regulariter ut essent Exceptiones (1) quod qui semel mandatam Executionem suscepisset s. tacite s. expresse gerendo aliquid in præjudicium suscepti officii, cogendus est perficere *per c. 19. X. de Testam. J. à canibus p. 1. n. 60. seqq. Pyrrhus Engleberm. ad Consuetud. Aurelianens. Rubr. de Execut. Instrum. c. 17. fol. 123. e. g.* Si quis cognatus aut amicus audierit se nominatum Executorem, aut si Extraneus etiam legerit instrumentum in quo scriptus erat, nec contradixerit, sed tacuerit, videntur enim tum suscepisse *vid. Covarruv. ad c. 19. X. de Testam n. 4. remittens ad L. filius fam. absentis ff. ad SCtm. Macedon.* ubi communiter Dd. de Mandato suscepto. Pro cuius illustratione notandum, quod Executor Testamentarius possit etiam sine Judicis autoritate gerere: quamvis melius sit Prætoze jubente, aut sub præsentia publicarum & honestarum personarum ad gubernationem si accesserit docent. *Jac à Canibus. P. 2. §. Repetitis n. 1. 2.* (2) pono in Religioso, quia à Prælato delegante sibi onus exequendi potest cogi ad acceptandum *d. c. 19. junct. can. non dicatis n. XII. q. 1.* (3) in Magistratu aut Collegio quod Jurisdictione pollet quam sic de necessitate implorantibus impertiri debet. Adeoq; hic usus Executorum est frequentissimus.

XX.

An Executor incertus dari possit? R. Neg. super causis prophanis: Super piis concedit quodammodo *Jac. à Canibus P. 1. n. 52. & 54. Sed vid. Dn. Brunnem. ad L. 24. C. de Episc. & Cler. n. 8.* ubi ex Subjecto affirmativam ponit & unà Tutoris in eo ab Executore differentiam *fol. 30.* An infames? videtur iterum negare *Jac. à Canibus P. 1. pr. n. 25.* Affirmativam autem veriozem puto (1) Cum se habeant Executores ad instar hæredum & Legatariorum, quorum causam in Testamentis non mutat infamia: Si modò propter causam infamiæ i. e. ipsum delictum, non & civitatem & libertatem amittant, ut capite damnati & deportati *Marquard. Freher. Tr. de existim. L. 3. c. 29. n. 1. p. 627.* (2) *fac. arg. L. 7. pr. de Recept. Arbitr. & l. 27. §. 2. eod.* ut sibi imputet, qui talem elegerit (3) Ex-

B 2

cuto-

cutoria Civile & publicum munus vel honor non est, sed contractus privatus à quo infames non arcentur *Id. L. 3. c. 28. n. 12.*

XXI.

Possunt & plures Executores in unâ voluntate constitui, quod tetigimus Pos. VII. Sed tum quæritur, an habeant potestatem exequendi communiter, h. e. omnes simul an singuli in solidum? quod post multas altercationes *in c. fin. de Testam. in 6. de-* *cisum est, si simpliciter deputati sunt, quod communiter tantum* *exequi possunt, argumento Tutorum in §. 1. ubi Dd. de Satisf. Tu-* *tor.* Excipiuntur casus (1) si non simpliciter, sed aliud expresserit Testator, ut unus gerere debeat (2) uno eorum mortuo (3) vel in remotis agente (4) aut id exequi forte nolente. *vid. Ferrar. d. l. n. 6. Oldendorp. Tit. 2, n. 10. Schrader. de Feud. P. 10. Sect. 10. n. 96.*

XXII.

Executoris officium ad hæredes non transit: quia est merè personale Klok *vol. 3. c. 123. n. 10. seqq.* adeòq; ratione personæ collatum mortè finitur Tuschus *Tom. 3. Concl. 515. n. 1. & Concl. 541. n. 3.* Sed redit Executio regulariter ad hæredem si hæres institutus est: Secus ad Episcopum, Speculator *d. l. n. 48.* Idem tamen sub *num. 76.* variè de hâc quæstione disputat & conciliat. An Executor officium suum alteri committere possit? Pro more suo Veteres tractârunt variè, aliis affirmantibus, aliis negantibus, cum eâ etiam ampliacione ut Testator non possit dare Executori potestatem subrogandi alium: nisi in Legatis piis, latè Andr. Tirravell. *de Privileg. piâ cause Privil. 31. fol. 21.* ubi tamen rectè addit tenere Paul. Catrenf. quod id possit Testator generaliter facere. Eo puta modo, quo potest substituere, fidei committere. Et tunc saltem meo iudicio Executor vices suas ad negotium principale alteri committere nequit, quando Executio est commissâ Conscientiæ Executoris *arg. L. nulli. §. 1. ibi pro suâ Conscientiâ It. L. 24 C. de Episc. & Cler. vel aliter tacitè aut expressè contrarium actum est Lud. Schrad. de Feud. P. 10. Sect. 12. n. 92. fol. 307. Dn. Brunnem. ad L. 28. C. de Episc. & Cler. n. 12. vid. plenè per Regulam & Exceptiones apud Tuschum d. Tom. 3. Concl. 521. n. 7. seqq.*

XXIII.

XXIII.

Objectum ex hinc Executorum est vel universum patrimonium Defuncti, sive pars ejus, sive quodcumque aliud à Testatore cupitum factum pium an prophanum, modo honestum & possibile juxta determinationem Pos. XIV.

XXIV.

Modus & Forma in legitimis & Dativis ex imperio Juris liquet. Testamentarii scribuntur in omni ultimâ voluntate, tam in Testamento, quam in Codicillis, quam in donatione causâ mortis J. à Canibus P. 1. n. 23. si eò se resolvit Testamentum per clausulam Notariis vulgatam; Et si Jure Testamenti non valet vel non valebit, valeat Jure Codicillorum, Donationis causâ mortis, vel valeat omni Jure quo melius valere potest. *add. C. J. A. lib. 29. Tit. 7. de Jure Codicill. th. 21.* Quodcumque præcipit vel negat aliquid fieri sive distribui defunctus, & de Executore aut Commissario prævidit. An ita etiam ab Intestato? quod aff. super exemplo fidei commissorum *in §. 10. Inst. de Fideic. hered.* Et facit ratio Catholica, ut firmum sit, quod iterum non redit arbitrium *in l. 1. C. de S. S. Ecclesiis. Nov. de Nupt*

XXV.

Exempla constitutionum observare licet *in L. 3. L. 9. ff. de alim. & cib. legat.* Communiter solet post legata Testator nominare Commissarios de quorum Charitate & fide confidit, hâc ferè formâ: Commissarios autem suos & hujus Testamenti Executores ad prædicta omnia & singula faciendâ esse & complenda voluit atque disposuit: Ponuntur nomina. Et constituti sunt Executores nudi ministri. Pleniorè autem habebunt autoritatem si ita continetur: Dans & attribuens eis plenam & omnimodam potestatem atque mandatum petendi & exigendi ac recipiendi ab hæredibus ejus infra scriptis sufficientem & integram pecuniam pro prædictis omnibus & singulis exequendis & contra eos & ob hanc causam agendi & ipsos cum effectu conveniendi &c. *Vid. plenissimè ap. Roland. in art. Notar. pract. circa flores Testamentor Rubr. de formis ordinandor. Commissar. fol. 227. ibiq; additiones ejus Baptist. Gvarineus.* **Da verordnet der Testator zu ohn zweiflichen**

lichen und vollmächtigen Executoren und Vollziehern
solches seines Testaments vier seiner Freunde / und
gibt denselben allen sämtlichen und einem ieden beson-
ders / völlige Macht und Gewalt nach seinem Tode
von Stund an solch sein Testament zu eröffnen / und
dasselbe in allen seinen Puncten / Articulen und Clau-
sulen nichts außgenömen gründlich und wirkkl. zu voll-
ziehen / auff's fleißigste außzurichten und zu vollbringen.
&c. Super quâ formandâ disputat. Joh. Fichard. *Consil. Germ.* 74.
Tom. 1. fol. 160. add. Artem Notariatus Vulg.

XXVI.

In universon autem pro formandâ potestate Excutorum (in
quâ Finis & Effectus concurrunt) tenendum est, quod tantum ha-
beant de potestate, quantum eis detur à Testatore, & nihil plus
possunt facere, quàm Testatore eis permiserit, quia mandatarii
sunt. Roland. *d. l.* Unde potestas Excutoris in genere dicitur de-
pendere à deputatione, sicut potestas Procuratoris à mandato.
Tuschus *Concl. 501. n. ult.* & debent ad unquam & formaliter exe-
qui disposita in Testamento Tusch. *Concl. 532. n. 3.* Atq; adeò tota
illorum potestas dependet ex Concessione Testatoris Oldendorp.
Tit. 6. n. 1. quod si ex verbis illius non satis apparet, tum ad Juris
interpretationem sicut in omni negotio confugiendum est, *jd. d.*
l. p. 30. & si actus haberi possunt similes, tutissimi hi sunt, *arg. L.*
32. L. 36. de LL. & tradit in terminis J. à Canib. P. 2. in Rubr. 1.
n. 15.

XXVII.

In genere Executores habent plenam agendi, gerendi con-
trahendiq; potestatem in his, quæ ad executionem voluntatis de-
functi pertinent. Petr. Gudelin. *de J. N. L. 2. c. 9. in fin.* Unde cum
Executio Testamentorum & Legatorum regulariter fieri non pos-
sit, nisi prius adita sit hæreditas per hæredem institutum, post
Baldum & Angelum Fichardus *de Consil. Germ.* 74. *n. 3. fol. 160.*
Tuschus *d. Tom. Concl. 451. n. 1. J. à Can. §. Consultis n. 4.* possunt
etiam hæredem cogere de adeundâ hæreditate Judicis præcepto.
Covarruv. *ad c. 3. X. de Testam. n. 5.* utiq; ad instar hæredis fiduci-
arii

arii in §. 7. de fideic. hered. Specul. n. 59. Et jam aditâ hæreditatē
 possunt agere adversus hæredem super his quæ ipsis commissa sunt
 arg. L. 17. de Legat. 2. in quod nudi & meri Executores tam gene-
 raliter etiam, quàm ad certum aliquod negotium tantum condi-
 tionem habent ex L. nulli & L. si quis ad declinandam C. de Episc.
 & Cler. fac. t. r. de Condict. ex lege add. GL. ad L. nulli. Qui vero
 commodum participant, habent actionem ex Testamento nomi-
 ne suo. Ferr. d. l. n. 7. Pet. Surd. de aliment. Tit. 8. Privil. 32. n. 5.
 & 10. Præterea possunt adversus quoslibet detentores bonorum
 defuncti implorare officium Judicis pro facilitandâ executione
 J. à Can. d. §. Consultis n. 27. seqq. Oldendorp. Tit. 6. n. 3. Covar-
 ruy. in. c. Johannes 19. X. de Testam. n. 5. Alvarus Valascus Consultat.
 68. n. 6. Qui tamen in nudis Executoribus dissenserunt propter
 Canonistarum contrariam communem, contra quam melius ita
 observari ut agere possint notaverat Pyrrhus Englebermæus ad
 Consuetud. Aurel. Rubr. de Execut. instrum. & sententiar. c. 17. fol.
 123. Fac. Text. in L. 1. de Administ. Tut. ubi Tutor agere potest, ita
 & Executor, qui æquiritur illi. Hæc Pyrrhus ad Text. allega-
 tum, qui docet moribus Gallorum qui dicuntur universales Exe-
 cutores ex omni plenitudine hæredes esse. Ut etiam saisire ipsis li-
 ceat bona defuncti.

XXIIX.

Quâ occasione noto, à Dd. anxie inquiri, an Executoribus
 competat remedium adipiscendæ ex L. fin. C. de Edict. D. Adriani
 toll. Et quin competat qui pro hærede sunt, dubium non est, cum
 super hærede conceptum sit. Cum tamen etiam ad Legatarium
 extendatur per tradit. Mynsing. Cent. V. Obs. 61. Grassi in §. Legatum
 quest. 77. vid. Schnobel. Diss. XVII. ad w. tb. 23. Exinde ad Execu-
 tores etiam pertinebit, qui Legatariorum jure utuntur: Cæteri
 alio jure abundant. Nisi quid de Executore piarum causarum,
 rum de Episcopo qui in eorum locum succedit indistinctè hoc affir-
 ment Dd. vid. Domin. Card. Thuscus d. Tom. Concl. 533. n. 5. &
 Concl. 541. n. 5. Alvarus Valasc. Tom. I. Consult. ac rer. judicat. Con-
 sult. 68. n. 7. & 9.

XXIX.

Porro Executores ad eligendum & distribuendum dati pos-
 sunt

sunt propria autoritate vendere ex hæreditate. *Specul. d. l. n. 32. & 33.*
Corneus Conf. 173. Quod in universalibus patet, quippe nullo hærede
adscripto. *J. à Canibus P. 2. §. Consultis n. 29.* ut iis accrescat omne jus
utilium actionum activum & passivum *Specul. d. l. n. 28. fol. 134.* Tum
de Particularibus verum est, si à Testatore vendere eis permittatur
L. alio hærede de Alim. & Cib. Legat. Sive directò, quod dicimus
cum potestate vendendi. Et ille etiam si minore hærede vendit
sine ordine in rebus minorum solito *Thuscus Concl. 537. n. 13.* Sive
per indirectum. Puta jus sit rem certam distribuere, aut pecuni-
am rei alicujus. Tunc voluntas consequentis involvit concessio-
nem autecedentis. Et rursus indistinctè in piis causis hoc ad-
mittitur. *Ferrar. d. l. n. 8. Alvar. Valasc. d. l. n. 8. Oldendorp. d.*
Tit. 6. n. 2. Covarruv. d. l. n. 6. Pyrrhus Englebermæus ad Consue-
tud. Aurel. Rubr. de Testam. & mort. caus. donat. c. 5. fol. 83.

XXX.

Multum E. refert esse ad pia Executorem vel ad non pia. Est
enim hic illo multò favorabilior *Andr. Tiraqvell. Tr. le mort sar-*
sit le vix declar. 5. n. 11. quod per multa singularia Dd. verificatur.
Sic possunt exercere officium ante aditam hæreditatem *Thuscus*
Concl. 541. n. 10. Habent Exercitium actionis activè & passivè *Concl.*
542. n. 3. & 11. Possunt compelli ad exequenda Legata *ibid. n. 7.*
etiam sub pœnâ dupli. Executori etiam in piis creditur sine ju-
ramento *Thusc. Concl. 527. n. 1. J. à Canibus P. 3. n. 10. add. Ma-*
scard. de Presump. Conclus. 709. Nec finitus substitutio morte
constituentis etiam reintegrâ. *J. à Canib. P. 3. n. 16.* Et quæ alia no-
tant magno numero Dd.

XXXI.

Deinde Executor in genere potest alienare res hæreditarias
secundum voluntatem Testatoris *Manz. qv. 41.* adeoq; solvere *Gu-*
delinus d. l. & distribuere pro arbitrio libero sibi factò à Testato-
re distribuendi eligendiq; etiam sine citatione hæredum vel alte-
rius. Robert. Marant. Spec. Aur. Part 6. de Citat. n. 22. p. 243. Si
tamen vendit rem, debet id notificare hæredi, si quid interesse
possit, ut adsit bonorum suorum venditioni, vel ob id, ut possit
Emptorem invenire pinguiorem *Ant. Faber. L. 2. Cod. Tit. 2. Def.*
13. n. 6. Imò pro majori suâ securitate, cum non vocato licet
hærede

hærede teneat quidem Emptio Venditio inter partes & transferatur dominium in accipientem : Sed tenetur tamen Executor hæredi ad interesse. Dom. Card. Thusc. *Tom. 3. Concl. 537. n. 11. & 17. & Concl. 539. n. 2. tum Concl. 540. n. 3. & Concl. 542. n. 8.* Plura requisita Empt. & venditionis per Executores ponit *J. à Canib. P. 2. §. Consultis n. 32. & seqq. p. 47.*

XXXII.

Sunt & alia litigiosa multa, quæ cum nobis non liceat, repeti possunt apud Speculatorem, Bertachinum, Thuscum & alios veteres Collectores. Unicum adhuc tango magistraliter tractatum à nostris de Executore ad eligendum & distribuendum, si habeat eligendi libertatem omnimodam e. g. in genere pauperum &c. An sibi suisq; Liberis aut Consanguineis distribuere possit? quod aff. *J. J. à Canib. P. 2. Rubr. 1. n. 12. 13. seqq. Job. Petr. Surdus de alim. Tit. 1. Quest. 94. ubi tamen n. 2. regulam ponit negativam: quod regulariter nemo possit eligere seipsum, quam confirmat per multas autoritates Thusc. Concl. 530. & est textus in L. 22. §. 7. ff. Mandati, tum quia Patri per filios acquiritur, jam non etiam filios: de quibus Testator etiam verisimiliter non senserit. Thusc. Concl. 530. n. 1. 2. Limitationes tamen mox addit in verâ oppositione terminorum latiores ipsâ regulâ (1) quod liceat, si Testator dedisset facultatem dispensandi etiam Consanguineis Thuscus *Concl. 530. n. 1. 2.* & (2) Si recipientes Testator liberiq; ejus aut consanguinei sunt summopere pauperes *id. ibid. n. 10. & Concl. 531. n. 23. ubi in primis allegat Anchoran. Conf. 175. & Conf. 84. & quod Collegæ pauperi possit distribui tradit Oldendorp. Tit. 6. n. 4. tum pro Collegæ filiis pauperibus aut consanguineis vidend. Petr. Anchoran. Conf. 436.* Restringunt tamen notabiliter, si adhiberent dolum in distribuendo consanguineis vel amicis, quia tunc nulla est facultas eorum, quia dolus in omni dispositione semper excluditur, & possunt revocari gesta ex dolo Thusc. *Concl. 537. n. 23.**

XXXIII.

Ego ita sentio. Si distribuendi Libertas neutrubi restricta est præterquam quod Paupertas atq; indigentia aut quæcunq; alia possit esse intentio Testatoris informant totam commissio-

C

nem

nem: tum circa electionem distribuendi aut distribuendorum illam quam maximè spectandam esse Executoribus. Præcipuè in suis extremitatibus. Ut indigentissimus alteri præferatur minus indigenti in eodem demerendi ordine & aptitudine. Ubi ejus hinc inde est æqualitas, Executori liberum est, si uni totum Legatum adscriptum est, unum seligere; Et jam in concursu Consanguineorum suorum cum aliis in æquali indigentiâ & habitudine meritò propter adstrictius vinculum præferet consanguineum. Ordinata enim charitas, cujus hæc est exercitio, incipit à se ipsâ. Adeòq; illud ampliatur ad Executorem ipsum, tum liberos ejus, si sint in æquali tum indigentiâ, tum habitudine cum Extraneis. Maximè si illam induerint post mortem Testatoris, nec possint à Parentibus exhiberi. Tum enim incipit operari desuper præsumptio affectus in Testatore: Quæ etiam ad Collegas decurrit Coexecutores eorumq; liberos & consanguineos. Ut iis beneficium magis profit, quos sibi prodesse voluit defunctus.

XXXIV.

Quod si vero extra hos limites comparationum indistinctè se suosq; curant Executores dignos an indignos? si digniores prætermittunt peccant per ea quæ tradit in simili *Lessus lib. 2. de J. & J. c. 34. Dubit. 14. n. 64.* non enim sunt Domini beneficiorum, sed Oeconomi; unde tanquam Oeconomi tenentur rem Domini sui quantum possunt commodè promovere. Ut tamen nondum teneantur ad restitutionem. Sive digniori, cum in bonis non communibus nullum habeat jus quæsitum, aut quia non est ei debitum stricto jure. Sive Testatori aut ejus hæredibus, quia Testator non intendit Executores sub onere restitutionis obligare ad distribuendum. Nisi planè indignis distribuant; tum enim videntur teneri ad restitutionem ablati sine quâ peccatum non remittitur *Leonhard. Lessius d. L. 2. c. 34. Dubit. 15. n. 72. seqq. & Dub. 13. n. 58. tum Dub. 14. n. 67. add. Surd. Tit. 1. de alim. quæst. 93. n. 20.* ibi: qui potuit eligere pauperiorem remanere in conscientia gravatum *fol. 144.* vid. materiam distributionis plenè apud *J. J. à Canib. P. 2. §. Consentaneum modò est.*

XXXV.

Primum E. Executoribus vinculum ut rectè gerant injicitur
con-

conscientia, ut negligentes animæ detrimentum incurrant *Matth. XXIV. & XXV. in fin ibi*: Quicquid non fecistis uni de minoribus his. *Unde Paulus ad Galatas dicit*: Hominis confirmatū Testamentū nemo spernit aut superordinat. *c. III. v. 15.* Confirmatū autem est in mortuis *Hebr. IX.* Cū vero non haberent omnes ita teneram conscientiam inducta etiam sunt humana judicia quibus coercetur malitia, tūm negligentia Executorum. Quod si enim planè non agant (II.) Coercetur amissione lucri si quod habent ex ultimā voluntate: & præterea officio exuuntur, ut res redeat ad Legitimos vid. *Pos. XI, & XII. f. f. à Canib. P. 3. n. 30. seqq.* (III.) Si non bona fide administrant, aut in proprios usus convertisse probentur, etiam ut suspecti removentur ex officio Judicis *arg. S. 5. de Suspect. Tutor. Speculat. f. f. à Canib. P. 2. Rubr. 1. n. 2. Tum S. Quæro tertio n. 14. fol. 65. & P. 3. n. 28. Tusch. Concl. 543. n. 5. & Concl. 545. n. 1.* In quod omnibus hominibus permessa est accusatio si fieri quid videant adversus Testamenti ordinationem. Præsertim si in piis causis *arg. L. nulli in fin. C. de Episc. & Cler. Oldend. Tit. 2. n. 12.*

XXXVI.

Præterea (IV.) Si non debitā diligentiam gerant de fraude & culpā & de omni neglecto tenentur ad instar Tutorum *f. f. à Canib. P. 3. n. 32. Tusch. Concl. 496. Oldendorp. Tit. 4. n. 1.* (V.) Tenentur Executores etiam durante administratione *f. f. à Canib. P. 2. n. 10. p. 60.* ad rationes reddendas. Universales quidem tūm Particulares, non simplices si principaliter agatur actione ex Testamento: jam etiam in duplum super Legato piis locis relicto *juxta S. 19. de Action. & tradit ibi Joh. Schneidw. n. 23. fol. 1367.* Nudi vero Executores per implorationem officii Judicis Nobilis, vel actione in factum ad eas adiguntur. *arg. L. de Præscr. Verb. Dixi si principaliter agatur.* Quod si enim coeptum est de aliā causā judicium e. g. Quod Executores item gesserint Tutelam & Tutelæ agatur, tunc in eod. judicio in quod incidit, veniri potest invocato saltim Judicis officio mercenario *L. 13. de R. V. l. 25. S. 8. L. 31. ff. de Edil. Edict. Oldendorp. Tit. 8. n. 2. & ita Ferrariens. in Pract. Tit. 35. in formā libelli quo agitur ad rationem reddendam Tutela pag. 715.*

Si quæras quibus rationes sint reddendæ? R. (1) Hæredibus defuncti, & si qui alii personam atq; interesse induunt defuncti *arg. L. 22. §. 7. ff. Mandati & t. t. ff. de negot. gest. J. J. à Can. §. Novissimum, n. ult. p. 60.* (2) Coexecutoribus ad invicem *arg. L. si plures §. 1. de Administr. Tutor. Munnoz de Escobar. de Ratiociniis Administratorum c. 7. n. 70. fol. 63.* (3) Judici ubiq; ordinario, aut si quos ille nominaverit Executores legitimos. (4) in piis causis etiam Episcopo, præsentibus vel citatis hæredibus Legatariis & quorum inter est *J. J. à Canib. §. Novissimum n. 4. Specul. d. l. n. 45. Ferrar. d. l. n. 35.* ubi addit usq; ad 40. annos durare jus reddendarum rationum & verificat de omni Executore Testamenti ut intra 40. annos rationem reddere adstringatur *Escobar d. Tr. 6. 3. n. 25. fol. 32.* quod videatur causa pia & favorabilis propter ultimam voluntatem morientium, tum præscriptio quadragenaria inducat veritatem *Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 12. n. 3. fol. 19.* Superaddunt Dd. tantum illi rei necessitatem ut Testatori (nisi in Secretis quibusdam vid. *Tusch. Concl. 528. n. 16.*) non relinquant liberum facere illos Analogistas, sed remissio non valeat *Capella Tholos. Decis. 46. Guido Papæ Decis. 352.* quod explicat Oldendorp. (1) ut talis remissio non liberet à reliquis omninò solvendis si qui apud Administratorem fuerint *Tit. ult. n. 18 add. Escobar. d. c. 3. n. 20.* Multò minus (2) liberat à dolo malo. Si servus vetitus est à Testatore rationes reddere, inquit Marcianus in *l. 119. de leg. & Fidei Com. 1.* non hoc consequitur, ut ne quod apud eum sit, reddat & lucrifaciat: sed ne scrupulosa inquisitio fiat h. e. ut negligentia ratio non habeatur, sed tantum fraudum.

XXXIX.

Quomodo sint reddendæ rationes? Quidam dixerunt per Testes: alii quod per juramentum, alii quod per Codicem rationum: Quidam quod per Codicem cum jure jurando simul, uti refert *J. J. à Canibus §. Novissimum n. 5.* ubi quæ distingvit videri possunt. Puto regulariter per rationalia juramento confirmanda aut Quitantis justificanda die *Rechnungen müssen mit belegen justificiret werden/ secundum quod fit in omni judicio rationum*

red-

reddendarum *Ferrar d. l. n. 36. Petr. Greg. Lib. 42. c. ult. n. 12.*
& eleganter *Oldendorp. t. t. ult.* Illarum autem principium s. fun-
damentum est Inventarium *L. 1. §. de Servis ff. de Tut. & rat.*
distrab. Unde ad confectionem inventarii adstringuntur Exe-
cutores potissimum qui universales sunt *Petr. Greg. d. l. n.*
12. Deinde pro mensurâ necessitatum suarum cæteri, *Spe-*
cul. d. l. n. 44. nisi pro locorum consuetudine diversâ libe-
rentur, aut aliàs à Testatore vel à Judice remisio fiat per ea
quæ tradit latè *J. à Canib. §. Repetitis n. 16. seqq.* Imò adstringunt
nonnulli Executores ad cautionem rem salvam fore, quæ ad
ejus manus pervenerit. Tum ut repromittant hæredibus aliisque
quorum interest de defuncti voluntate complendâ. Aliis rursus
dissentientibus pro quibus communem ponit *Pyrrhus Engleber-*
mæus d. l. fol. 124. de quorum conciliatione cogitandum post *J. à*
Canibus d. l. n. 6. n. 12. seqq.

XXXIX.

Et possit idem ille pro Conclusionè super potestate tum offi-
cio Executorum summariter audiri. Ita plenè instruit Testamen-
tarium *P. 2. Rubr. I. n. 26.* Debet primùm officii sui munus aut
spontè vel ex mandato suscipere. Dehinc debet cautiones of-
ferre, quo securius agere ac conveniri possit. Et debet inventa-
rio singula conscribi facere, ne veluti prædo velit aufugere. Po-
stea Collegas seu Commissarios, si qui sunt, evocare: cum illisque
de re gerendâ deliberatè consulere. Quintò sequatur hæredum
Legatoriorum, Fidei-Commissariorum, & debitorum hæredita-
riorum oppugnatio. Sextò erit eorundem ac sui justa defensio.
Septimò hæredes ac legatorios in possessionem ex ordine indu-
cet. Octavò, defuncti bona vendet ac commutabit. Nonò di-
stribuet. Et decimò villicationis suæ laudabilem debebit redde-
re rationem. Add. quæ de legitimo compendiosius *§. Quarto*
quarto pag. 70. Tum quomodo hæc omnia explicet in totâ suâ
tractatione satis eruditâ & legali. Sed quæ non liberatur à con-
fusione temporum illorum.

XL

Illud quæritur si Executoris officium est gratuitum? In quod regula affirmativa fundatur in *l. si quis ad declinandam vers. si- quidem C. de Episc. & Cler. ibi: nullo penitus ex hoc lucro, l. Oeco- nomo vel Episcopo vel SS. Ecclesia relinquendo. Add. Covarruv. inc. cum Johannes n. fin. Escobar. de rariociniis administrat. c. 27. n. 45. Fallentias tamen patitur (1) in Executore universali, qui le- gata caduca sibi conservat, sicut conservat hæres scriptus Munnoz. de Escob. d. c. 27. n. 46. ex J. à Canib. P. 3. n. 1. (2) in eo qui non est nudus Minister vid. Pos. XII. (3) Si Executoris officium habet tra- ctum successivum cum administrationis onere; Tum enim arbi- trario Judicis salarium ipsi præstandum erit. Quod imò sub initium laborum & suscipiendi officii judicialiter stipulari licet, Escoba- rius d. l. n. 46. 47. 48. p. 406. Generaliter etiam illud retinere po- test, quod ipse impendit de suo in erogatione atq; expensis *Spe- cul. d. l. n. 83. J. à Canib. P. 3. n. 6.**

XLI.

Contraria & Affinia supersunt attingenda, sed extremo di- gito. Desinunt autem Executores esse (1) Testamento, ab hære- de bonâ fide destituto *Specul. d. l. n. 60.* (2) Si qui intra annum aut semestre tempus non exequantur per tradita Posit. XI. & *add. J. J. à Canib. P. 2. §. Consentaneum n. 17. & 18. p. 66. cum n. 27. & P. 3. n. 17. seqq.* (3) morte tam naturali quam Civili vid. Pos. XXII. & *add. J. J. à Canib. P. 3. n. 15.* (4) Tempore quo circumscribitur Executio seu à lege seu à Testatore Covarruv. *ad. c. nos quid. n. 3.* (5) Qui per sententiam Judicis remoti sunt Posit. XXX. (6) Operis implemento, ita quod nihil restat agendum *J. J. à Canibus n. 26. 27.*

XLII.

In Affinibus sunt Procuratores, Negotiorum Gestores, tum hæredes Legatarii & Fidei Commissarii. Imprimis vero Tutores & Curatores à quibus proinde frequentissima ad nostros argumentatio ducitur: Nondum tamen omnimoda per *Ferrar. d. l.*

d. l. GL. 6. n. 1. add. Bertachin. in Repertor. fol. 377. b. Quod etiam ex hac tractatione nostrâ quodammodo nî fallor patet, & tradunt ubertim Dd. ad quos bonâ fide provocavimus pro majori eruditorum voluptate. Cùm nostra in his desinat industria satis complexa rerum atq; argumentorum pro formandâ Disputatione Academicâ, in quam vota mancipamus hactenus.

--- -- -- *Tu si quid rectius istis
No veris, imperti: Si non, his utere mecum.*

Superpondia,

- I. Super stupro & promisso matrimonio pars parti non recte defert Juramentum.*
- II. Præscriptio tempore belli tum saltim adversus Ecclesiam non currit, si Judicis copia haberi non potuit.*
- III. Beneficium Cap. Odoardus. de solut. meritò ad Nostros etiam Ministros Ecclesie porrigitur. Generaliter autem ad illud non admittitur, qui negavit debitum.*
- IV. Qui juravit ad Conjugem non reverti, aut non cohabitare, non tenetur ad observantiam juramenti.*
- V. In mutuâ Conjugum sevitia aut turpitudine, separatio non facile admittitur. Quin imperanda potius reconciliatio.*
- VI. Vocatio Legitima in omni officio firmissimam adversum irruentia mala præsidium. Sed est sequenda literaliter in Conscientia.*
- VII. Latrocinia Solonis Lege libera sunt. Quid de Platone sit atq; Aristotele, & si qua his Nominibus probabilis opinio innuitur, videndum.*

95(0)50
✿

Ad

Præ-Eximium atq; Eruditissimum

DN. RESPONDENTEM

FRANC. HENR. HÖLTICH. D.

Supra biennium est, quod Scholas nostras frequentas, levi primò ac simplici viâ ad diligentissimam interpretationem singulorum progressus sedulò. Quod abundè testantur bina, quæ exhibuisti intra illud tempus, specimina publica. Nam in illo quod de **JURE LEGITIMATIONUM** edidisti, circum ipsam Matrem cum Commilitonibus luctatus es. Intellego autem prima artis nostræ principia. Nunc armis incitator incedis & Interpretum quoq; variam Lecturam ostendis; quæ ad conflictum aliquando Fori mirum quantum proficere possit; Et præterea spem illam pulcerrimam confirmare, toto legitimo opere perfecto, posse etiam Rempubl. in partibus ejus Tibi credendis gubernari. In quo ego juventam tum in primis senectutem quietam Tibi precor atq; honoratam; De super omnibus Bonis prolegali Studio bonâ fide commendo,

*Dab. ex Museo die 17. Maji.
M. DC. LXXIV.*

05 A 2223

ULB Halle

3

003 783 820



VD17

Ad.







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

xiv.

Vol. 42. D. 18.

. B. V.

1497

TORES

MENTI,

L GENTIA

TORUM ORDINIS,

ESIDE

SIMO, AC CON-

SSIMO,

RICO HÖLTICH,

ONSISTORIO ECCLESIA-

ATO ORDINARIO,

orum Promotore Optimo,

cussioni fittit

ET RESP.

DUS HONNIGI

SILESIUS,

IO FCTORUM,

A. C. M DC LXXIV.



BERGÆ,

ANNES WILCKIUS,

t